



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Ebrietas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ad consulendum belli victoriae, honori & reputationi fortitudinis. cap. 15. num. 24. lit. B. Nou. num. 27. §. Dubium.

Acceptantes duellum etiam sine patri-
no & solennitate ; & domini locorum, non
impedientes excommunicantur. additum in
Nou. cap. 27. num. 150. Quocirca vide in
hoc Comp. ipsa verba Pontificis. tit. Ex-
communicatio V 1. §. V 1. lit. I.

E B R I E T A S.

Ebrietatis vitio peccat mortaliter, qui se
Scienter inebriat, vel procurat alium
inebriari. Secus, si id faciat ex ignorantia
qualitatis potus, vel ex inaduertentia ni-
mietatis. cap. 23. num. 122.

Peccat etiam mortaliter, qui sciens aut
scire debens se tali, vel tanto potu solere
inebriari, & nihilominus eum bibit, credens
se non inebrium iri, & tamen inebriatur.
Non quod iteratio potuum, aut actus ex
veniali faciat mortale, sed quia consuetudo
facit, ut ille scire debeat, se eiusmodi potu
inebrium iri: quod satis est, ut inebriando
se peccet mort. Ibidem.

In semiebriis est imperfecta libertas iu-
dicij sufficiens ad veniale, non tamen ad
mortale.

E C C L E S I A.

A **ECCLESIA** dicitur polluta in sex casibus. I. Quando intra eam effunditur iniuriosè sanguis humanus, vel datur capula naturalis talis effusionis, aut mortis. Secus si extra Ecclesiam etiam desuper in tecto, vel subter speluncam. Non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio: nec percussio quæ non sit mortifera sine sanguinis effusione, quamvis carnes contundat, aut frangat ossa.cap.27. num.251. Nouo n.257.

B Non sufficit fieri sanguinis effusionem ob iustum defensionem, nec effusio facta per furiosum iudicio carentem. Sufficit tamē vulnus infligi intra Ecclesiam, quamvis sanguinis effusio non fiat intra, & quamvis sanguis recipiatur in aliquo vase. Nec etiam sufficit quod sanguis effundatur in Ecclesia, si vulnus fuit extra eam inflictum. Sufficit suffocare aut alias intra Ecclesiam hominem occidere sine sanguinis effusione. Item sufficit effusio sanguinis ob fidem catholicam vulnerati.Ibidem.

C Non sufficit percussio aliquo telo missa ab existente in Ecclesia contra existentem extra eam. Sufficit tamen mors, vel effusio facta